mollius efficeret, molliusq. et melius incubaret, saleis compleuit
ita suo iudicio suauius dormiturus; fecerat hic quantum sibi
proficuũ arbitrabatur, quantumq. sua ipsi permittebat impru=
dentia, melius ratione sua usurus si melior adfuisset, at lauernio=
nes isti cum meliora sciant, deteriora sponte eligunt, cum sapien=
tes esse possint, sapientes esse nolunt, insipientes esse satagunt, mente
totam in amentiam traducunt, quam mutare et possent et
deberent volentes retinent; unum hoc illis videtur sapientissimũ
sapientiam eliminare omnem, lex haec [illegible] commendatissima, nullam
curare legem, regula receptissima vivere sine Regula, nam
ut absoluam praeter bene et sapienter agere, agere omnia. Sed unde
tantas horum in cordib. figere radices potuit tanta stupiditatis et
insipientiae et malorum farrago? Bion septem sapientum
numerus certè non ultimus id declarat dum stultitiam esse profi=
ciendi impedimentum asserit, dum enim stultitia sua proficien=
di impedimenta quaerunt sponte, desipere loquuntur, dum
stultitiae tenebris, lumina sapientiae obfuscant, impedimentũ
proficiendi ultro ipsi sibi obiiciunt, cum enim hi seu ambulent
seu stent seu sedeant seu quiescant, unum hoc tempore huius la=
boris profectum habeant scopum stultitiae suae satisfacere
mundo illam proponere, et illis aequales suos superare, inde est
quod meliora agere prudentioraq. cogitare nequeant, unius
stultitiae partes promovere satagant, ut enim pluribus intentus minor
est singula sensus, ita uni, uni unquam apud hos stultitiae
impenditur praesentior, foecundior est et acutior, et hoc quoque causa
est cur infinitum stultorum numerum affirmet Sapiens, dum in
hoc tempore animo suo imperitare multi nolint cum possint, aliqui
velint, sed vix stultitiae dulcore inescati possint, inde stulto=